



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatvs

**Dript, Laurentius a**

**Paderbornae, 1672**

1. Satisfacit Praecepto Ecclesiae de audiendo sacro, qui duas ejus partes, imò quatuor à diversis simul celebrantibus audit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13441**

tribus: in Missa auditione: in abstinentia ab operibus servilibus, in abstinentia quorundam operum forensium. Addo & quartum in observatione jejuniorum quae instituta sunt certis diebus in honorem Christi & Sanctorum. Et quidem praecipuum de audienda diebus dominicis & festivis Missa, laxitatum patroni quodammodo evertunt, dum docent.

PROPOSITIO I.

Satisfacit Praecepto Ecclesiae de audiendo sacro, qui duas ejus partes, Imo quatuor, à diversis simul celebrantibus, audit.

2. **Q**uam, ad instantiam Episcopi Gandavensis Ann. 1658. reprobavit facultas Theologica Lovaniensis, & falsam esse, & praecipuum Ecclesiae elusifivam, nec majorem habere apparentiam de quatuor sacri partibus, quam de viginti censuravit: quae certe argumentatio adeo est manifesta, ut illa etiam non latuerit praedictae propositionis assertores: Vnde quidam ex illis cum dixisset, qui mediam Missam, v. g. post consecra-

tionem usque ad finem audivit ab uno sacerdote, audiendo postea eodem die ab alio aliam mediam ab initio, v. g. usque ad consecrationem, præcepto satisfacere saltem propter extrinsecam auctoritatem multorum, id asserentium probabile esse: Mox subjungit contrariam sententiam se veram iudicare, propter absurdum ab universitate allatum, quod ex ea sequitur, adeoque cum absurdum non sequatur, nisi ex absurdo, juxta illum, eadem sententia probabilis & tamen absurda erit. Prudenter proinde aget qui, qui illam ut sententiam probabilem sequitur, juxta principia supra allata, & tamen absurde aget, prudentiaque illius absurda erit.

## PROPOSITIO II.

*In audiendo Missam de præcepto, & recitandis horis Canonicis ex obligatione satis est attentio externa.*

3. **H**ancidem Author, uti & priorem cum Sylvestro & pluribus aliis probabilem affirmat, hoc ductus argumento;